

anno Domini M^o C^o L^o III^o. Iste Fre-
 dericus primo fuit piissimus et Chris-
 tianissimus, postea impiissimus,
 et ecclesiam Dei multum persequu-
 batur, propter quod a papa excommu-
 nicatur et deponitur. Et quia Conra-
 dus archiepiscopus Maguntinus ad-
 hæsit pape contra Fredericum,
 ideo a Frederico est episcopatu
 privatus, et maxima clade de-
 sit episcopatum, destructis pluri-
 bus castris, scilicet Rosteborgk,
 Florburgk, Anelburgk, Dingin,
 Tensburgk, et a Lodewico Thuringie
 Landgravo, iussu imperatoris Frede-
 rici, ejus sororij, murus civitatis Erf-
 furdensis, in contemptum episcopi
 Maguntiniensis, funditus destrui-
 tur et evertitur. Anno sequenti Con-
 radus prenomminatus archiepiscopus
 cum labore magno ac civium ibi-
 dem industria civitatem Erfor-
 densenem muro lapideo novo cir-
 cumdabant. Hujus tempore Lo-
 dewici murus Erfurdensis a
 Christiano Maguntinensi archiep-
 iscopo denuo reparatur. Iste Lo-
 dewicus Landgravius Thuringie fu-
 it multum pius, benignus et hu-
 milis ad nobiles et ignobiles. Et ideo
 quidam infirmiores beneficiorum
 suorum, virtutes suas vilipendentes,
 ipsum spreverunt, dicentes: ipsum
 delirare, mandata ejus recusantes,
 nec ipsum valere ad tale princi-
 patum. Offendebant etiam, subdi-
 tos suos multis angustis, rapinis,
 exactionibus et angariaverunt.

|| f. 108.

a) magatius.

a) cristão